

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

guli gemino denario vñiant. Volant semper bini, & ne pedes debiles ob corporis deorsum labentis pondus offendant, rostii robori confidentes, hoc ipso violentiā casus frangentes, fere excipiunt. Imitantur hominem, accipiunt verba, & pronuntiant articulatè penitus omnia. Symbolum Apostolicum quidam apud Cardinalem pronuntiavit. *Scalig.* Exercit. 238. Ad interrogata respondet. *Henrici VIII. Regis Angliae* in mare delapsus auxilium implorabat, & viginti libram promitterebat, extractus quatuor denarios datus jussit. Accenditur, blande atrectatus, libidine, ita ut oscula figat. *Scalig.* Exercit. 236. Si inter lugentes agat, lamentatur etiam. Fœminas Psittacos nunquam aut rarer humanas reddere voces, sribit *Tiraquel*. Simplicitas eis tanta, ut ad crocitantem Psittacum, ex arbore, in cuius ramis auceps later, multitudo ingens convollet, facileque se capi patientur. *Petr. Martyr. in Decad. Oceani*. Carthami semente quod homini catharticum est, nutrituntur ac pinguescunt. Pedibus suspensi caudam in altum, & caput deorsum ad aquam extendunt. Nidificant in proceris arbore, ramis tenuibus, ad cacumina pensilem surculum alligant, & nidum ex eo in pilæ forma rotundum, exiguo foramine suspendunt. Ova pro magnitudine ponunt. Aqua pluvia moriuntur. Sacri apud Indos, sed non *Columbi* tempore.

C A P U T XXVII. D E P H Æ N I C E & P I C O .

PHÆNICEM *Claudianus* sic describit:

*Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora
Cingit honos, rutilo cognatum vertice si dus
Attollit cristatus apex, tenebrasque serena
Luce secat; Tyrio tinguntur crura veneno.*

Habitare dicitur in Arabia, & primo *Heliopoli*, quæ Civitas *Ægypti*, creditur conspectus. Nidus ei ex aro-

M 2

mati-

macitibus, Cinnamomo nimiruni & Cassia prope Nilum: In eo consideret, & ventilatione alarum accedit ignem. Ex cinere vermiculus prodit, ex quo pullus. *Opian*, ne vermis quidem meminit. De annorum numero varie scribitur. Maxime vulgatum quingentorum spaciū. Sunt qui assererent, mille quadringentos sexaginta unum interjici. Sed hæc omnia fabulosa. *Pici* habent rostrum acutum, durum, rotundum & robustum ad perforandas arbores: lingua illis longa ad occiput usque extenditur, & super totum capitis verticem ceu in glomum convolvitur, acutissima & in fine cartilaginea. Vescuntur vermisbus; cum vero eos venantur, tam vehementer arbores excavant, ut ipsas sternant. *Arist.* l. 9. hist. c. 9. Nidum tanto artificio construunt, ut ligna illa ex quibus inter se consertis constat, manibus facilius separantur, quam ferro dissecentur. Pullos cauda ex ovo exire refert *Plinius*: quoniam pondere capitum perversa ova posteriorem partem corporum foventam matri applicent. Nunquam axis incident, ne unguium laedatur acies. Scandunt in subrectum felium modo, & quidem supini. In quaunque arbore nidificavent, clavus aut cuneus hærete nequit: quin immo ubi infederit, cum crepitu arbitris decidit. *Plin.* lib. 10. cap. 18. Existimant eum habere Lunariam majorem, herbam quæ crescit & minuitur.

C A P U T X X V I I I . D E P I C A .

Pica singulis fere horis mutat vocem. Humanam non tantum dicit, sed & diligit. Romæ audito buccinarum cantu quædam ostupuit, post sibi reddita, optime expressit. *Plutarch*. Deprehensa laqueo rostrum tantum moveret, ne, si totum corpus, magis se constringeret. Cum rapæ feruntur proprium illius est calvificere. A plumis depurgata & exenterata, si in viro albo ad consumptionem ejus & carnis ab ossibus

sepa-